

PRAXIS RERVM
**CRIMINALIVM, PRAETORIBVS,
PROPRAETORIBVS, CONSVL-
LIBVS, PROCONSULIBVS, MAGISTRA-
TIBVS, RELIQUISQUE ID GENVS IVSTITIA-
rijs ac Officiarijs, in quacunque Republica Foren-
sem administrationem assumentibus,**
apprimè utilis & necessaria.

AVCTORE CLARISS. VIRO D. IODOCO
*Damhouderio Brugensi, Equite aurato, I. V. Doctore, quon-
dam Casareo, nunc Hispaniarum Regis Philippi Consi-
liario, atq; eiusdem Regis per totam Belgiam
Financiarum Commissario.*

EDITIO VLTIMA,
Auctior & castigatior, ex postrema Auctoris re-
cognitione, quod Epistola Nuncupa-
toria satis ostendit.

*Adiecta sunt Summaria, Indicesq; tam Caputum ac Titulo-
rum, quàm Rerum Sententiarumq; locupletissimi.*



COLONIAE AGRIPPINAE,
Apud Ioannem Gymnicum, sub Monocerote,
ANNO M. D. LXXXI.



Coll. Soc. J. H. S. V. Salm. ex dono Regum.

~~Casey 10~~

D. PHILIPPO, DOMINO
DE SANCTA ALDEGVNDA ET
NOIRCARMES, EQVITI ET COM-
MENDATORI DE ALCANTARA, CAESA-
REAE ET CATHOLICAE MAIESTATI CA-
roli V. pia memoria à Cubiculis, nunc verò etiam Consiliario
Regiae Maiestatis in Prouinciali Consilio Statuum, Praefecto
erarij Regis Catholici, per inferiorem Germaniam Gubernatori
Locumtenenti, & summo Praetori Hannoniae, Ciuitatis
Valencenae, ac Castrì Cameracensis Praefecto, Praetori oppidi
Sancti Odomari, Commissario Ordinario cooptandorum Mae-
gistratuum Flandriae, Patrono Optimo, et eximio Fautori pro-
tectoriq; bonarum literarum, & eruditorum virorum, D. Io-
docus Dambouderius I.V. Doctör, tua Excellentis Amplitudi-
nis obseruandissimus, deuotissimè precatur ho-
norem, salutem, ac perpetuam
fælicitatem.



PNORMIS in vrbibus suborta Belgicæ pro-
uinciæ rerû mutatio imminebat: quod ma-
ximè admirandum eo tempore, quo candi-
da pax, alma atq; festa, regnante & aspiran-
te Serenitate Inuictissimi & Catholici Hi-
spaniarû Regis D. Philippi, &c. Principis Belgicæ Gal-
liæ, summam omnium rerum abundantiam atq; lætitiã
repræsentabat, eademq; adhuc quasi in coronato tran-
quillitatis culmine constituta, cupido nouarum rerum
maiorumque opum populo, protendere ampliora vi-
debatur. Cui quæso consideranti fœlicem, ac florentis-
simum illum statum huius prouinciæ, nō nouum, & in-
credibile apparuerit tantam lernam malorum, tanquã
è Stygijs paludibus repètè emersam in medium, de im-
prouiso effractis omnibus iuris, & æqui vinculis, viola-
ta vbiq; cōcordia prorupisse? an quod (vt est in prouer-
bijs) extrema gaudij lætus occupat? vel quod fata hu-
ius prouinciæ id vrgebant, & peccata mortalium, quæ
indulgentia fortunæ haud rarò modum & mensuram

PRAXIS RERVM

CRIMINALIVM IODOCI
DAMHOVDERII BRVGEN-
SIS I. C.

Editio postrema auctior & castigatior.

PROOEMIUM
IN RERVM CRIMINALIVM
PRAXIN.

Summæ rerum tractatarum in Commen-
tarijs Prooemij.

- 1 **R**epublica interest delicta puniri.
- 2 Publica disciplina fauor dicitur & suadet, ut maleficia puniantur.
- 3 Publicè interest, prouinciam malis hominibus purgari, ut in quiete permaneat.
- 4 Publicè interest pœnam facile non remitti, ne ad maleficia temerè quisquam profiliat.
- 5 Dare pœnas, maximi mali euitatio est, &c.
- 6 Castigare noxam oportet, non ob præteritum delictum, cum id corrigi nequeat: sed ne iterum peccet reus, tum ne ipsius exemplo ceteri quoq; peccent, &c.
- 7 Facilitas veniæ, incenium tribuit delinquendi.
- 8 Si ea que malè usurpantur, omittimus, excessus viam alijs aperimus.
- 9 Punienda sunt maleficia, ut vnius pœna metus possit esse multorum.
- 10 Quos ad vitæ decora, domestica laudis exempla non prouocant, correctionis saltem medicina compellat.



PRAESENTIS Praxis materiam exactius ac penitius explicare, non solum ad Iuriconsultum, verum etiam ad Latrunculatorem multiscium & expertum pertinet. Satis tamen fuerit quomocunque datur, pingui (quod aiunt) Minerva, Deo Opt. Max. auxiliante & suppetias ferente, eam indicare,
ad